

dulis cum CCC. Civibus Lucanis (quod castrum erat prope Blentinam) de quibus postea Pisani rehabuerunt omnes suos carceratos, qui erant Lucæ. Ad quod castrum vincendum Pisani fuerunt cum quinquaginta navibus, plactis, & schafis, & cum XII. manganis ordinatis in plattis, cujus castri habitio fuit Anno Domini 1148. nono Calenda Aprilis in die Lunæ Sancto Et cum carceratis & spoliis exercitus rediit Pisam. Tunc etiam Pisani sub Anno Domini 1149. stantibus Lucensibus & Pistoriensibus ad obsidionem dicti castri de Vurno, devicerunt castrum de Monte de Castello, & Si Gervasii, & omnia alia castra de Valle Heræ tunc habuerunt. Et in festo S. Matthæi per magnum prius præhabitum bellum ac prælium castrum de Planfoli devicerunt, ipsumque diruentes funditus, homines Pisas & spolia cum gaudio reduxerunt. Et in summa dicens, immanissima & damnosissima, antequam Lucenses Vurnum recuperarent, & continua guerra fuit; & quamvis utraque pars plurima inde damna subierit, Pisani tamen gavisi sunt, quia in vindictam hoc fecerunt de Castello Aginoli. MCX. <Anno 1146. Balduinus fuit electus Archiepiscopus Pisanus. >

Anno 1150. Lucenses apud flumen Cascine à Pisani capti fuerunt, & magna pars eorum mortua. Anno, ~~tertio~~ sequenti tempore Domini Eugenii Papæ III. Romani confirmaverunt pacem cum Pisani.

Anno 1153. XII. Calendas Novembris de nocte major pars Kiniscae fuit combusta, & eodem Anno fuit omnium vietualium maxima carcisia. Tempore Eugenii Senatus renovatur in alma Urbe.

Anno 1154. Fundatus est primus gyrus Ecclesiae Sancti Johannis, Clonecto Clonecti, & Enrico Cancellario operariis existentibus. Qui Clonectus in Sardiniam plures ivit, & reduxit de S. Reparata columnas.

Anno 1155. Federicus Imperator die S. Michaelis de Septembrio fuit in Ronçalia, & misit pro Nunciis omnium civitatum Imperii. Et ipso Anno Tortonam obsecit & destruxit; & sequenti Anno in mense Junii Romam venit, & Coronam Imperii ab Adriano recepit. Et præliatus est in Porticu Sancti Petri cum Romanis, ubi eos devicit, occidit, & in fluamine multos demerit, & plures vinculis mancipavit. Exinde civitatem Spoletinam devicit, & expoliavit; & regratiens multum Pisanos, qui cum eo fuerint, de mense Septembbris in Alamaniam est reversus.

Anno 1156. Guilielmus Rex Siciliæ in magnam infirmitatem cadens, per tres menses ita aggravatus est, ut mortuus ab omnibus crederetur, & totum Regnum perdidit; sed liberatus, in tribus mensibus revicit totam Siciliæ Insulam. Postea in mense Maii cum maximo exercitu ivit in Apuliam, quam Barones tenebant, inter quos Barones erat Dominus Robertus Princeps Capuanus; qui Barones Apuliam recuperaverunt contra ipsum Regem Guilielmum cum auxilio Constantinopolitani Imperatoris, qui eis miserat galées XXX. hominibus & thesauro bene armatas. Et sic ipse Rex Guilielmus ipsos postea Barones devicit, & recuperavit Apuliam, & destruxit Barum, & Robertum Principem supradictum cepit. Unde vietoriam de tota Apulia complevit in mensibus Maji, & Junii triumphans.

script?

1154 var 1153!

Eugenius papa natione Pisanus
sedis annis VII menses gratiarum
dilectus XX. Iunius

A Eodem Anno in Consulatu Cocthi in mense Julio & Augusto Pisani fecerunt Barbacanes circa Civitatem, & Kinisca muraverunt à Turre, ubi posuerunt Leonem marmoreum, usque ad Turrim super Pontem Aufensis. In subsequenti verò Anno, mensibus Februario, & Martio, & Aprile circumierunt Civitatem Castellis, & Turribus ligneis, & Berteschis pro timore Federici Regis Romam venientis.

Anno 1157. In Consulatu ejusdem Cocthi à Mensè Aprilis incipientes Pisani usque ad S. Zenonem muraverunt Civitatem, & usque ad Portam Calcisanam, & fecerunt foveam à Monte Pisano usque Pisam; & omnia Civitatis negotia ipso Anno viriliter tractaverunt, & ex tunc annuatim muraverunt Civitatem.

Anno 1158. Sexto Calendas Aprilis. Natus est puer in Comitatu Bononiæ in Veneris die Sancto cum barba & dentibus, & pilosus totus. Eodem Anno pridie Calenda Augusti cedit grando maxima super terram Bononiæ, quæ omnia destruxit, homines, & pecudes interfecit; quæ grando fuit variæ generis, quadrata, rotunda, & cornuta in magnitudine ovi anseris. Eodem Anno facta est Turris Melioræ.

Anno 1158. Supradictus Coctus Consul in Portu Magnoli duas Turres fecit; & Fontem ad Sanctum Stephanum pro navigantium utilitate construxit. Sed ipsæ duæ Turres non fuerunt completæ usque ad Annum 1165. MCXV

Eodem Anno 1158. Fuerunt Pisis combustæ Turres, à domo & via Guidonis quondam Tedicii usque ad Turres Petri Albitonis, & omnes ceciderunt, ubi mortui sunt Simon de Parlasio, Henricus Uguessonis Villano, Vetusius Bonacii, qui tunc erat Provisor, & ali. Unde de mandato Consulului omnia Ballatoria juxta Arnum destructæ sunt.

Anno eodem Guilielmus Rex Siciliæ quarto Calendas Octobris magnum fecit stolum CLX. Gallearum, & XXIII. Dñmonum, qui portaverunt 4000 milites. Quem stolum misit prædictus Rex de mense Junii contad Imperatorem Constantinopolitanum, & pervenit Negropontem, ibique invenit stolum Imperatoris, ipsumque devicit & cepit, & etiam cepit ipsam Civitatem de Negroponte, eamque destruxit; & stolum Imperatoris combussit. Mox etiam Civitatem Almiro cepit, & Sanctum Jacobum cum Turre Pisaniorum & ipsum combussit, & magnam partem Romaniae destruens, Imperatorem quoque ipsum tristem, & pavidum relinquens, de mense Septembri stolus prædictus cum maximo triumpho ad suum Regem Guilielmum in Siciliam reversus est.

Anno 1159. In quarto Consulatu Cocthi, Pisani in murando semper intenti, fecerunt quinque galées ad guardiam maris, & fossam magnam in Leporare à Cornia usque prope Petram de Tufo, quæ fuit perticas MB. & tres columnas magnas pro Opera Sancti Johannis de Ylba ad dictam Ecclesiam portaverunt. Eodem Anno fecerunt treguam per decennium inter se, & Comitem Guidonem, & Senenses, & Pistorienses, & Comitem Albertum de Prata ex una parte, & Lucanos, Florentinos, Pratenenses, & Capitanos Farsagninos ex alia, pro XX. Annis, Ordinaverunt Pisani pacem inter prædictos suos Confios, & Lucanos, cujus pacis sententia lata fuit per Pisanos & Lucanos die Assumptionis Sanctæ Mariæ. Unde, quia Pisani suos non dereliqueruntur.

hinc team c.

Asaris

fundique

a et skeleis c. M
b britis oris. M
c veniers c. M

MCXVII. VIII.

MCXVIII

Les commonellij

CCCC

de mundi

e deesse f cerke

comparandum c. M

L predictum

MCXVIII

In hilominae civitatem

Torosa

pture c. M: paes

(Tufi)

Sancti Iohannis

i i c.

Carthagena c. M

Les infra riginti

orūm c.